Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Pater quod dicit Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit
dona hominibus Quod autem ascendit quid est nisi quia descendit
primum in inferiores partes terre Qui descendit ipse est et qui ascendit super
omnes celos ut adimpleret omnia Et dedit quosdam quidem apostolos quos
dam autem prophetas alios uero euangelistas alios autem pastores et doctores
ad consummacionem sanctorum in opus ministerij in edificacionem corporis xpi donec
occurramus omnes in unitatem fidei et agnicionis filij dei in uirum perfectum in
mensuram etatis plenitudinis xpi Alla Omnis gen plaudite ma
nibus iubilate deo in uoce exultacionis Secundum Johannem
Nil tem Subleuatis ihs oculis in celum dixit Pater uenit hora
clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te Sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis ut omne quod dedisti ei det eis uitam eternam Hec est autem
uita eterna ut cognoscant te solum dm vm et quem misisti ihm xpm
Ego te clarificaui super terram opus consummauj quod dedisti mi
ut faciem Et nunc clarifica me tu pater apud te met ipm claritate qm
habui prius quam mundus esset apud te Manifestaui nomen tuum hominibus
quos dedisti mi de mundo Tui erant et mi eos dedisti et sermonem tuum ser
uauerunt Nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mi absque sunt quia
uerba que dedisti michi dedi eis Et ipi acceperunt et cognouerunt quia a te
exiui et crediderunt quia tu me misisti Ego pro eis rogo Non pro mundo
rogo sed pro his quos dedisti mi quia tui sunt Et mea omnia tua sunt et
tua mea sunt et clarificatus sum in eis Et iam non sum in mundo et hi in mundo
sunt et ego ad te uenio Off Ascendit ds in iubilacione et dns in uoce tube al
Secreta Sanctificet dne pro filio tuo supplices uenabili quem pueri
nunc ascensione celebrant pro quo ut et nos pium his commertiis sanctis
ad celestia conscendamus Qui te Co Pater cum eem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mi all nec rogo ad te uenio non rogo ut tollas eos de mundo sed ut